

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 8970

**Auteur(s) :** Alexandre III [pape]

**Bénéficiaire(s) :** Raoul, Barbery, Notre-Dame (abbé)

**Genre d'acte :** bulle

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1177, 28 janvier

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Le pape Alexandre III s'adresse à Raoul, abbé de Barbery : le pape reçoit l'abbaye de Barbery sous sa protection et lui concède le privilège des abbayes cisterciennes. Il confirme que l'abbé et les moines possèderont tout ce qui leur sera donné, à commencer par le lieu où est édifié le monastère, à Barbery, et qui fut autrefois une grange de Savigny, donné par Robert [III] Marmion et concédé par son fils Robert [IV].

## Tableau de la tradition

### Copies manuscrites

B. Caen, Musée des Beaux-Arts, Fonds Mancel, ms 75, fol. 144v-145v.

## Dissertation critique

Transcription : Richard Da Cruz (Mémoire de Maîtrise, Université de Caen, 2001), révisée par Tamiko Fournier-Fujimoto

### Texte d'après B

Alexander III. episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nostris Radulpho abbatи de Barbereio ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris regularem vitam professis M.P.p. Quanto religio quam inspirante Domino assumpsisse noscimini Deo grata magis est et accepta tanto libentius suffragium tenemur vobis apostolicae sedis impendere et vestrum monasterium a malignorum inensibus propensiō studio deffensare, ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium vestrum in quo divino estis obsequio mancipati sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et præsentis scripti privilegio communimur imprimis, siquidem statuenter ut ordo monasticus qui secundum Dominum et beati Benedicti Regulam atque institutiones cisterciensium in eodem monasterio institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea qualescumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium in præsentiarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessionē pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum in quo præscriptum monasterium constructum est, cum omnibus pertinentiis suis ex dono Roberti Marmion et concessionē Roberti filii sui locum de Barberio, qui prius fuit grangia de Savigneio cum omnibus pertinentiis suis, scilicet quidquid ad eos de jure hereditario pertinere dicebat tam in terra quam in bosco et in cæteris omnibus ad predictos ut eos jure pertinentibus, sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præsumat exigere liceat, quoque vobis clericos vel laicos et seculo fugienter liberos et absolutos ad conversionem recipere et in vestro monasterio absque contradictione aliquam retinere. Prohibemus

insuper ut nulli fratrum vestrorum postfactam in loco vestro professionem facit de eodem loco absque licentiam abbatis sui discedere, discedentere vero sine communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere, paci quoque et tranquilitate vestræ paterna sollicitudine providere volentes autoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus violentiam vel rapinam seu furtum committere aut ignem apponere seu hominem capere, vel interficere audeat libertatis quoque et immunitatis monasterio vestro a clarissimo in Christo filio nostro Henrico illustrissimo Anglorum rege intuitu pietatis indultas, ratas habemus et firmas, easque perpetuis temporibus illibatas manere censemus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere, pertubare aut ejus possessiones auferre vel oblatas retinere, minuere aut quibus libet vexationibus fatigare, sed omnia integra et illibata servantur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione usibus commodis profutura salva sedis apostolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate caret reamque se divino judicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipient et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen amen.

(Sic signatum)

Ego Alexander Catholicæ ecclesiæ episcopus

(et infra)

- + Ego Ubaldus Hostiensis episcopus
- + Ego Johannes presbyter cardinalis SS Johannis et Pauli titulo Pamachi
- + Ego Albertus presbyter cardinalis titulo Sancti Laurentii in Lucina
- + Ego Boso presbyter cardinalis Sancte Pudentiane titulo Pastoris
- + Ego Johanne presbyter cardinalis titulo Sancti Marci
- + Ego Petrus presbyter cardinalis titulo Sancte Susanne
- + Ego Jacobus diaconus cardinalis titulo Sancte Mariæ in Cosmedin
- + Ego Cinthus diaconus cardials Sancti Adriani
- + Ego Hugo diaconus cardinalis Sancte Mariæ Porticu
- + Ego Laborans diaconus cardinalis Sancte Mariæ in Porticu
- + Ego Rainerius diaconus cardinalis Sancti Georgii ad Velum Aureum

Datum Anagniæ per manum Gratiani Sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi et notarii, 5<sup>o</sup> calendas Februarii, inductione IIæ, incarnationis dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo septimo, pontificatus vero domini Alexandri papæ III anno 18<sup>o</sup>.